alium qui nunq̄ recesserat. Item in
petro quem post trinam negationez
principem apostolorum constituit.
Itē ī btā maria magdale. cui postea
tā familiaris fuit ⁊ ī multis alijs.

Expositio textualis.

Postq̄ consūmati sunt dies
octo a natiuitate vt circūsci
detur puer vocatum est no
men eius Jhesus. quod interp̄tatur
saluatur. natus em̄ fuit ad salutē no
stram. Origenes. nomē Jhesu nomē
gloriosum omniqz cultu dignissimū
nomē: quod est sup omne nomē nō
debuit primū ab hoīe noīari. nec ab
hoīe ꝓferri ī mūdum: sed ab angelo
Vnde seq̄tur. quod vocatum est ab
angelo priusq̄ in vtero cōciperetur
scz a virgine Maria.

De eodē. Sermo. ij. Ser. xxv.

Sumēt filij isrl' d' sāguīe agni
⁊ ponēt suplimiaribꝰ domo
rū. Erit āt sāguis vob' signū

in edib9 in q̄b9 eritis ⁊ videbo sāgui
nē ac trāsibo vos. nec erit in vob̄ pla
ga cū percussero terrā egipti. Exo. xi
Nota sensū istius historie Legitur in
Exodo. iij. Qd̄ filij isrl̄ fuerunt capti
ui in egipto sub potestate pharaoīs
annis multis: ⁊ erāt in magna affli
ctione ⁊ clamauerūt ad dn̄m vt mit
teret liberatorē. Dn̄s aūt misert9 eo
rū misit ad moysen dicēs. Vide affli
ctionē populi mei ⁊ audiui clamorē
eoꝝ: ⁊ veni vt liberez eos de manu
pharaonis ⁊ ducā eos in terrā lacte
et melle fluentē. Volo aūt p̄us pha
raonē plagare ⁊ totā terram egipti
Sz vos filij israhel debetis accipe san
guinē cuiusdā agni ⁊ signare cum eo
ostia domoꝝ vestraꝝ. Et cū venero
et plagauero terrā egipti quācunq̄
domū inuenero signatā sanguine il
lo nō plagabo. Per filios isrl̄ q̄ erāt
sub potestate pharaoīs in egipto sig
nificat̄ genus humanū qd̄ eāt sub po
testate diaboli r̄gis egipti. i. tenebra
rū fere quinq̄ milib9 annoꝝ ⁊ p nul
lū liberari potuit. Et clamabāt ātiq̄
patres ad dn̄m vt mittēt eis libera
torē. Tandē misericordia mot9 mise
ricors dn̄s descēdit ⁊ liberauit eos d̄
potestate diaboli. Per sāguinē agni
immaculati ītelligit̄ sanguis ihu xp̄i
Vn̄ p̄ma petri p̄mo. Nō corruptibili
b9 auro ⁊ argēto redēpti estis: sed p̄
cioso sanguine agni īmaculati ⁊ incō
taminati ihesu xp̄i. Hic est agn9 ille
quē ꝓpheta Isa. xvi. Diu desiderauit
dicēs. Emitte agnū dn̄e dn̄atorē ter
re. Hic ē etiam agn9 ille quē iohes
baptista iam venisse demōstrauit di
cens. Ecce agn9 dei qui tollit pecca
ta mūdi Agn9 ille hodie sanguinē su
um p nobis fudit vt nos introducēt
in terrā fluentē lac ⁊ mel. i. in eterna
gaudia celoꝝ. Sciendum aūt q̄ ille
agn9 benedictus sanguinē suū p no
bis fudit septē vicibus: vt nos laua
ret a septē peccatis mortaliq9 quibz
eū. heu sepe offendim9. Primū fudit
in circūscisione sua hoc fecit contra p̄
mū peccatū mortale scz cōtra supbi
am. Nam p̄mus hō erexit se ꝯtra de
um per supbiam cupiēs se assimulare
deo. Et xp̄us assimulauit se pctōri qn̄
hūiliauit se tantū q̄ circūcidi voluit
tanq̄ pctōr. nō q̄ pctm̄ aliqd̄ assume
ret. sed signū pctōris. i. circūscisionē
Circūscisio em̄ instituta fuit contra
originale pctm̄ sicut mō baptism9 ni
si q̄ circūscisio regnū nō aperuit: sed
ad sinum abrahe stans trāsmisit: vbi
redēptionē expectabāt. Xp̄s aūt nō
habuit origīale peccatū: q̄ cōcept9
fuit ⁊ nat9 sine pctō ⁊ ideo circūscisi
one nō indiguit: sed tn̄ vt p nostra
supbia satisfacēt ido se in circūscisio
ne hūiliauit ⁊ sanguinē suum fudit.
Secūdo fudit sanguinē suū in orōne
Nam d̄r Luce. xxij. Cū appropinq̄ret
hora passiois sue ait discipuils suis.
Sedete hic donec vadā ⁊ orē. Et re
cessit ab eis quantū est iact9 lapidis
et flexis genib9 orabat patrez suū di
cēs. Pater si fieri p̄t trāseat a me ca
lix iste verūtamē nō sicut ego volo:
sed sicut tu vis. ⁊ fact9 est sudor ei9
sicut gutte sanguinis decurrētis ī ter
rā. Hūc sanguinez fudit cōtra scd̄m
peccatū mortale. scz accidiam qua se
pe deū offēdim9. Ipse em̄ orabat nō
vt orōne indigēt: sed vt nob̄ formā
orādi daret. sicut d̄t glosa. Tercio fu
dit sanguinē suū in flagellatione: qn̄
eū nudū ad statuā ligauerūt. ⁊ cum
virgis ⁊ flagellis tantū percusserūt.
q̄ a plāta pedis vsq̄ ad verticē nihil
integꝝ remāsit. Hūc sanguinē fudit
cōtra terciū peccatū mortale. scz lux
uriā. Nam ipse carnē suā tantū casti
gauit q̄ de omnib9 membris suis fu
dit sanguinē. Hoc est contra volup
tuosos: qui oīa sua desideria carnis
volūt adimplere: ⁊ corp9 suū ī nullo

castigare. Quarto fudit sanguinez suū in coronatōe. Nā postq̄ flagellauerūt eū mouerūt eū veste coccinea .i. rubea tanq̄ regi p derisione: et ponētes eū sup cathedrā et imposuerūt eū coronā spineā et percutiebāt caput eius arūdie. ita q̄ ille acutissime spine būdictū caput eius penetrabāt et sāguis eius fluebat in facē eius mixto sputo qđ expuebāt in facē eius. ita q̄ facies eius būdicta videbaē tanq̄ esset leprosa et infatuabant eū flectētes genua et dicētes. Aue rex iudeoz. et ad oīa ista mihil rndit. sed patiēter sustinuit. Vnde dr Ihere. xi. Quasi agn9 māsuet9 qui portaē ad victimā. Isa. liij. Quasi agn9 coram tondēte se obmutuit. Nunc sanguinē fudit cōtra quartū mortale peccatū quo deuz sepe offendim9. scilicet cōtra iracūdos: q̄ se statim vindicare volūt et mihil sustinere possunt misi irascātur. Quinto fudit sanguinē suū in manuū pforatione quādo scz ille man9 benedicte clauis ferreis sūt infixe cruci: et fuerūt pforate in quib9 maximā penam sustinuit et ex quib9 multum sanguinē effudit. ex eo q̄ in mamb9 multe vene cōuenīūt. Nūc sanguinē fudit otra quintū peccatū mortale. scz auariciā qua deum sepe offendim9. Vnde Petrñ. Vide o homo spēaē Ihesu xp̄i in cruce pendētis. Quan9 habet pforatas i signuz sue maxime largitatis. qz paratus est dare quicq̄d petierim9. qđ est otra auaros qui semp habēt manus paratas ad recipiendū et nō ad dandū. Et sicut adā extendit manū ad mandatū frangēdum. sic christ9 extendit manū ad perforādum. Sexto fudit sanguinē suū in pedum affixione: quādo benedicti pedes eius clauis ferreis cruci sūt affixi. in quo eam maximā penā sustinuit et multū sanguis effudit: ex eo q̄ ibi multe vene. et nerui cōcurrūt. Nūc sanguinē fudit cōtra sextū mortale peccatum scz gulam. Adam enī pedib9 iuit ad arborem. vbi gulam cōmisit p quā fueram9 omnes maledicti. et xp̄s pedes suos cruci affigi fecit vt p nostro peccato qđ per gulam cōmisim9 satisfaceret et a maledictione quā per eā incurrim9 liberaret: quod est cōtra peccatores quōrum pedes parati sūt ad gulam. scz ad tabernas: comessationes et alia peccata. Prouer. ṕmo Pedes eoruz ad malum currūt. Septimo et vltimo sanguinem suū fudit in lateris apertione. qñ scz lōgin9 latus ei9 perforauit et otinuo exiuit sāguis et aqua. Nūc sanguinē fudit cōtra septimū mōrle peccatū quo deuz offendim9 scz inuidiā. Ber. Vide enī xp̄m in cruce pendētem. habet enī latus apertū i signū perfecte caritatis Vere enī ideo de suo sanguine fudit vt ostendēt q̄ ex toto corde suo nos diligēt. et parat9 est oēm vindictam de corde suo dimittē. si veniam postulauerim9. Et hoc bñ ostēdit in lōgino q̄ cū cecus esset a casu oculos suos sanguine xp̄i tetigit. et statim illuminat9 est. Istud ē otra inuidos qui non diligūt p̄xios suos. Sic ptz qño iste agn9 scz filiꝰ dei Ihesus xp̄s pro nobis sanguinē suū fudit vt nos a potestate diaboli liberaret. Isto sāguine debemus signare ostiū cordis nostri: vt ingrediētes et egrediētes semp videam9 passionē xp̄i: et eam frequēti memoria habeam9. cogitādo q̄ p mortē suam et sāguinē suū liberati sum9 a ptāte dyaboli et reducti in hereditatē nostraz de q̄ eiecti eramus. Exemplū possum9 accipe de q̄dā virgie de qua legiē q̄ quidaz rex eiecat eā violēter de hēditate parentum suoz. que cū nulliter inuenīret

Domini amen

defensorē siue adiutorē in terra sua: cōtigit ꝙ q̄dā iuuenis veīt de alijs ꝑtib⁹ ⁊ iniuit ꝓ ea bellū: tali pacto ꝙ si ipse in bello moreret̄: ꝙ ipsa debe ret arma sua cruētata ⁊ vestes in cu biculū suū reponere: ⁊ illis visis sem per habēt memoriam fidelitatis sue quā sibi exhibebat: ⁊ qñ amici eius instarēt ꝙ duceret virū: debēt dicē ego volo me de hoc deliberare. ⁊ tūc debēt ītrare cubiculū ⁊ īspicē arma cruētata: ⁊ recordari fidelitatis sue: ꝙ ꝓ ea mortu⁹ est. Accidit aūt ꝙ il le tā diu bellauit ꝙ istā hereditatez recuperauit ⁊ ille ī bello mortu⁹ est. Ipsa aūt fecit qđ ꝓmiseāt. Et cū ami ci eius īstarēt vt nubēt: ipsa ītrabat cubiculū. ⁊ vidēs arma cruētata oī no nubē recusabat. Per istā puellaz gen⁹ humanū designat̄ qđ ex hēdita te sua expulsū fuit ꝑ deceptionē dya boli. ⁊ in toto mūdo non inuenit ad iutoriū: tūc venit q̄dā iuuenis de ali enis partib⁹ .i. xp̄s de celis ⁊ morti se exposuit ⁊ ꝑ mortē suā. hereditatez nostrā recuperauit. Nos ergo arma sua cruētata ī cubiculo cordis nostri semꝑ hr̄e debem⁹ ⁊ fidelitatis nobis exhibite nunq̄ obliuisci. ⁊ cū hoc nul lū aliū sibi p̄ponē. Qđ nob̄ p̄stare di gnet̄ rex angeloꝝ Jhesus xp̄us domi nus noster.

In epiphania dm̄ Ser. xxvi.

Factū est autē vt baptisaret̄ oīs ꝓpl's: ⁊ Jhesu baptisato et orāte apertū est celū ⁊ de scēdit spūs scūs corꝑali spē sicut co lūba sup ipsū ⁊ vox de celo facta est. Tu es fili⁹ meus dilect⁹: ī te ꝯplacui mihi. ⁊ ipse Jhesus eāt īcipiēs ānoꝝ quasi trigīta: vt putabat̄ fili⁹ ioseph Lu. iij. Ita lectū est ī hac nocte Sciē dum āt ꝙ ī hac nocte vel die duplex festū peragit mat̄ nrā scz sācta eccle sia. Primū est festū adoratōis qñ ma gi eū adorauerūt ⁊ mūera obtulerūt

Secūdū āt ē festū baptisatiōis qñ eū Johānes baptisauit. Cū em̄ essz Jhs tredecim dieꝝ: venerūt magi ⁊ ado rauerūt eū ⁊ obtulerūt ei mūera Ea dē die trāsactis xxix. ānis: cū essz ihs xxix ānoꝝ ⁊ tredecim dierū baptisa tus ē a iohe. Propt̄ istud duplex fe stū legit̄ hodie duplex euangelium. vnū in nocte tm̄ in locis cōuentuali b⁹. aliud in die in singul' ecclesijs. Primū qđ in nocte legit̄ ē de baptis mo xp̄i qūo eū Johes baptisauit. Se cundū qđ legit̄ in die describit btūs Mathe⁹ in quo legit̄ qūo magi eum adorauerūt. Circa p̄mū sciēdū ꝙ Lu cas dicit ꝙ Johes fuit in deserto vs qz ad tricesimū ānū etatis sue. ⁊ tūc facta ē ad eū vox dñi dicēs ꝙ iret ⁊ predicaret baptismū penitētie ⁊ ba ptisaret. Et venit iohes circa iorda nē ⁊ cepit p̄dicare ⁊ baptisare. Scm̄ est āt vt baptisaret̄ oīs ꝓpl's a Johe Venit eciā Jhesus ad eū: vt baptisa ret̄ ab eo. Johānes ꝓhibuit eū .i. hu miliauit se dicēs. Ego debeo a te ba tisari: ⁊ tu venis ad me vt te baptisē Rñdit Jhesus. Sine mō .i. permitte ī pleri id ad qđ veni. Sic em̄ decet nos .i. me ⁊ te īplē oēm iusticiā .i. ꝑfectā humilitatē. Tūc baptisauit eū Johā nes in Jordane: ⁊ venit spūs scūs in specie colūbe sup eū ⁊ vox patris au dita ē. Tu es fili⁹ meus dilcūs: in te mihi cōplacui. Nūc aūt videre debe m⁹ quare spūs scūs voluit accipere speciē colūbe. Sciendū ꝙ ꝓpt̄ hoc qz oēs q̄ volūt accipe spūm scūm debēt hr̄e spēm colūbe. Habz aūt colūba septē ꝓprietates q̄s spūalit̄ debem⁹ hr̄e: si volum⁹ septē dona spūs scī ac cipe Prima ꝓprietas ē ꝙ gemitū hz ꝓ cātu. Nō em̄ solet letant̄ cātare si cut alie aues: s̄ gemē. In hoc dat̄ in telligi ꝙ oēs q̄ volūt spūm scūm acci pere debēt fugē gaudia ⁊ delicias hu ius seculi ⁊ sꝑ in gemitu esse. Isa. lix

colūbe ꝓprietates

Quasi colūbe meditātes gememus
Isido. Quādiu sum⁹ in hoc scl'o sēp
gemē ⁊ flere debem⁹: reminiscētes
q̄ ḡuia sūt mala q̄ cōmisim⁹. q̄ dul
cia gaudia celi q̄ amisim⁹: q̄ horribi
lia tormēta inferni q̄ meruim⁹. Vñ
Ber. In oīb⁹ opib⁹ tuis o hō memo
rare nouissima tua: mortis horrorem
tremēdū iudiciū. gehennā penā. pre
sentis vite miseriā ⁊ fragilitatē pro
priā. Si in huiōi meditationib⁹ pse
ueras: nō faciet dñs sine ɔsolatione
te esse. ⁊ cōplebit̄ oīno in te qd̄ polli
cet̄ veritas dicēs. Beati q̄ lugēt qm̄
ipsi ɔsolabūtur. Ex talib⁹ gemib⁹ ⁊
meditationibus acq̄ritur p̄mū donū
spūs sci. qd̄ s̄m Aug̃. dicit̄ fuga mali
.i. peccati. hoc fit qñ hō incipit deū q̄i
patrē timere ex caritate. ⁊ cauet ne
offēdat eū in aliquo pctō. Vñ ꝓuer.
xnij. Sapiēs timet ⁊ declinat a malo
Istud donū timoris ē hoī valde necā
riū ad salutē. Eccī.i. Qui sine timore
est non poterit iustificari.i. saluari.
Secūda ꝓprietas colūbe ē ꝙ alienos
pullos pascit qñ videt dēlictos a pa
rētibus suis: quoꝝ. s. parētes occisi
sūt vel capti vel mortui In hoc datur
nob̄ doctrina ꝙ oēs q̄ volūt accipere
spūm scūm debēt libēter pascē pau
peres pupillos ⁊ peregrinos ⁊ dereli
ctos ⁊ eoꝝ necessitatib⁹ subuenire.
Per hoc acq̄ritur secūdū donū spūs
sci. s. pietas. Istud donū ꝓuocat in
hoīe cordis ɔpassionē: vt si videat hō
proximū suū turbatū ꝙ cū eo turbe
tur ꝑ cordis cōpassionē: ⁊ si viderit
flentē secū ploret: sicut xp̄s fecit quā
do mariā magdalenā flentem vidit
Et si viderit aliquē in corpe afflictuz
ipse ex toto corde doleat. Istud do
nū est nobis valde necāriū: q̄ miseri
cordes mīam consequētur. Tercia ꝓ
prietas colūbe ē simplicitas. Est em̄
aīal simplex sine felle ⁊ sine dolo. sic
debēt hoīes esse q̄ volūt accipe spūm
scūm. Mat. x. Estote simplices sicut
colūbe: q̄ sicut d̄r Prouer. iij. Cum
simplicib⁹ sermocinacio ei⁹. Ideo d̄r
Sap̄. p̄. In simplicitate cordis q̄rite
illū. Mathe. vi. Si oculus tu⁹ fuerit
simplex: totū corpus tuū erit lucidū
.i. si intētio tua simplex fuerit ⁊ sine
dolo: oīa opa tua bona sūt. Per hoc
acq̄rit̄ terciū donū spūs sci. s. donuz
scīe. Actus hui⁹ doni ē docere hoīez
recte cōuersari in medio nationis p̄
ue ⁊ puerse. Vñ Aug⁹. Sciētia ē co
gnitio humanarū ⁊ diuinaꝝ rerum
ꝙ scz homo sciat discernē inter bonū
et malū. inter diuinū ⁊ humanū. et
sciat s̄m hoc in mundo cōuersari: ꝙ
deū non offēdat: ⁊ tamē cū hoc irre
prehensibilē se ostēdat. Vñ apl's ad
Roma. xij Prouidētes bona non tan
tum coram deo sed eciaz corā homini
bus. Quarta ꝓprietas colūbe est ꝙ
libēter solet esse in cauernis petraꝝ
Per hoc significat̄ ꝙ qui volūt spiri
tūscūm accipe: debēt libēter habita
re per meditationē in foraminib⁹ pe
tre. id est ī vulnerib⁹ xp̄i. Petra eī
erat xp̄s s̄m apl'm. vñ dicit xp̄s aīe
sancte. Canti. ij. Veni amica mea co
lūba mea in foraminib⁹ petre. q. d.
Pone meditationes tuas in vulneri
b⁹ meis: cogitādo qualia ꝓpt̄ te pas
sus sū. Vñ Ber. Vbi ducā firmā re
quiē nisi ī vulnerib⁹ xp̄i. Tāto illic
securior habito: quāto ille potētior ē
ad saluādū. Per istd̄ acq̄rit̄ quartū
donū spūs sci scz donū fortitudinis.
qd̄ facit hoīem fortē ad sustinēdū ad
uersa. Vñ Ber. Vult benignus dux
deuoti militis vultum. et oculos in
sua sustolli vulnera: vt illius ex hoc
animū erigat: ⁊ suo exemplo ad to
lerandum reddat fortiorem. Vnde
Gregorius. Si passio christi ad me
moriā reducatur: nihil adeo durū est
qd̄ non equo aīo toleret̄. Q̄ta ꝓprie
tas colūbe ē ꝙ meliora grana solet

eligere ⁊ viliora abijcē. Per hoc sig
nificat̄ ꝙ oēs qui volūt accipe spūm
scūm debēt meliores doctrinas eligē
Debēt em̄ singulorꝝ doctrinas audiē
et ⁊ cōuersationes vidē ⁊ ex oīb⁹ il
lis optimū ad imitandū eligē. Et ex
inde acquirit̄ donū quintū qd̄ est do
nū ꝯsilij. Describit̄ em̄ sic consiliū Cō
siliū est examīata seu cogitata ratio
alicui⁹ faciendi vel nō faciendi. Vñ
Eccī. xxxvij. Cor boni consilij statuet
tecū. Diuersi diuersa docēt ⁊ suadēt.
ꝙ de his oīb⁹ homo meli⁹ eligē sciat
hoc ē donum cōsilij. vñ Eccle. vi. Cō
siliari⁹ sit tibi vn⁹ de mille. q̄si dicēt.
de mille doctorib⁹ elige vnū quez se
quaris. scz xp̄m. Thobie. iiij. Omni
tpe consilia tua in christo maneant.
Sexta ꝓprietas colūbe est ꝙ solet iu
xta aquas sedere: vt visa vmbra acci
pitris in aqua effugiat. Et per aq̄s si
gnificat̄ sacra scriptura: iuxta quaz
sedere debem⁹. libēter audiēdo ⁊ le
gēdo eam: vt in ea vidē possim⁹ acci
pitris vmbrā. i. diaboli conātis aīam
accipere. Vmbra aūt diaboli ē pctm̄
qꝛ vbicūqꝫ videt̄ vmbra accipitris:
nō longe ē accipiter. Sic vbicūqꝫ est
peccatū adest diabol⁹. ⁊ istā vmbrā
in scripturis cognoscē possumus: scz
q̄d sit pctm̄. Et ideo libēter debem⁹
apud eā sicut colūbaz residere. Ideo
xp̄s dicit de aīa sancta. Cāti. v. Oculi
eius sicut colūbe sup riuos aquaꝝ.
Per hoc acq̄ritur sextuz donū spūs
sancti. scz donū intellect⁹. Hoc ē ꝙ
homo p ista terrena q̄ videt sciat itel
ligere celestia que nō vidit. vt scz p
creaturas q̄s videt intelligat creato
rē quē non videt. Roma. p̄. Inuisibi
lia dei a creatura mūdi p ea que fa
cta sūt intellecta cōspiciūtur. Verbi
grā. Si videt hō aliquā claritatez in
aliq̄ creatura. scz sole: luna vel stella
per hoc p̄t intelligē ꝙ creator ei⁹ mlt
to clarior sit. Si videt pulchritudiez
in flore: per hoc p̄t itelligere ꝙ crea
tor ei⁹ sit pulchrior. Si videt sapiētiā
in serp̄ēte vel eciā formica. per hoc p̄t
intelligē ꝙ creator ei⁹ sit sapiētior.
et sic de alijs Sap̄. xiij. A magnitudi
ne speciei ⁊ creature cognoscibilit̄
p̄ot creator eaꝝ videri. Job. xij. Int̄
roga iumenta ⁊ docebūt te ⁊ volati
lia celi ⁊ indicabūt tibi. loq̄re t̄re et
respōdebit tibi ⁊ narrabūt ea pisces
maris. Hoc ergo ē donū intellect⁹
ꝙ hō per ista q̄ videt possit itelligere
creatorē suū quē nō videt. vñ Psal.
Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus in q̄
bus non ē intellectus. Septima ꝓpri
etas colūbe ē ꝙ qñ quiescē vult vo
lat ad nidū suū vel fenestrā ⁊ nusq̄
alibi req̄escit. Sicut patet in colūba
Noe q̄ emissa nō īuenit vbi quiescēt
pes ei⁹: sed reuersa ē ad fenestrā ar
che. Vnde in trāsmarinis partib⁹ qñ
obsessa ē aliq̄ ciuitas a saracenis hn̄t
colūbas aliaꝝ ciuitatum: quib⁹ alli
gāt litteras: ⁊ faciūt eas volare. et
iste nunq̄ requiescūt donec ad fene
stras suas reuertūtur. Per hoc signi
ficatur ꝙ illi qui volūt accipe spūm
sanctū non debēt requiē q̄rē in istis
reb⁹ transitorijs: sed debēt volare p
meditiones suas ad nidū suū vnde ve
nerūt. i. contēplationē reꝝ celestium
et in deū a quo venerūt ⁊ ad quē cre
ati sūt. ibi inueniēt requiem ⁊ nusq̄
alibi. vñ Psal. Quis dabit mihi pen
nas sicut colūbe ⁊ volabo ⁊ req̄escā
Ideo d̄r d̄ contēplatiuis Isa. lx. Qui
sunt isti q̄ vt nubes volāt ⁊ q̄si colū
be ad fenestras suas. Per hoc acq̄ri
tur septimū donū spūs sancti. scz do
nū sapiētie. i. sapide scientie: quando
scz homo ex contēplatione supernoꝝ
incipit habere celestē dulcedinem ⁊
sapere. Vnde ysidor⁹. Sapientia tan
tūmodo et̄na contēplatur ⁊ in istis
iocūdatur. Istud donum sapiētie ha
buit beat⁹ Augustinus: qñ dicebat.

Introducis me aliqñ in affectuz mul
tū inusitatū introrsus: nescio in quā
dulcedinē: q̄ si perficiat̄ in me nescio
quid sit aliud vita et̄na si illa nō est
Exemplū de duab⁹ begutis ɔtēplati
uis: q̄ sole sedebāt in quadā casa in
carnispriuio ⁊ assabāt pullū. Et in ca
piētes de deo loq̄: tam dulcit̄ cōfabu
labātur ꝙ nec esurierūt nec sitierūt
nec aliq̄d senserūt. sed ī quodā iubi
lo sederunt ꝑ totā quadragesimā vs
q̄ ad festū pasche: tūc a casu venit q̄
dā ⁊ intrauit casā dicēs. vt q̄d sede
tis hic incluse. Rñderūt. Carnispriui
um ē. volum⁹ fugē seculi vanitates
que p̄cipue isto tēpe fiūt. Ille dixit.
Erratis. Exite: q̄ festū pasche ē ⁊c.

De eodē euāgelio Ser. xxvij.

Cum nat⁹ esset Jhs in Beth
leem iude. hoc dicit ad dr̄am
alteri⁹ bethleē q̄ est in gali
lea In dieb⁹ Herodis regis ecce ma
gi venerūt ab oriēte. i. ab illa plaga
vel regione mūdi q̄ est iudee ad oriē
tē. Venerūt inquā: iherosolimā dicē
tes. Vbi ē qui natus ē rex iudeoꝝ.
Nota ꝙ isti fuerūt reges: ⁊ cum hoc
philosophi nati de genere Balaā qui
ꝓphetauerat de stella ⁊ de ortu salua
toris. Isti ēgo de gn̄e Balaam expe
ctabāt stellā futuram ⁊ elegerūt ali
quos ex se q̄ ascenderūt quendā mō
tem: ⁊ ibi orātes rogauerūt dñm vt
eis istam stellam oñdē dignaret̄ Et
sicut dicit Crisost. in die natiuitatis
xp̄i. Cū essent isti tres in eodē mōte
orātes: viderūt quādam nouā stellā
que nō erat in firmamēto cum alijs
stellis: sed modicū distabat a terra.
et apparuit puer pulcherrim⁹ in me
dio stelle: in cui⁹ capite crux splēdi
da fuit visa. ⁊ audierunt vocē dicen
tē. Ite veloci⁹ in terrā iuda ⁊ ibi iue
nietis nouū regem natū: illi offerte
munera vestra. Tūc illi cōtinuo cum
comitatu magno in dromedarijs in
fra xiij. dies venerūt. Si q̄rit̄ quō in
tam breui tp̄e illic venire potuerūt.
Dicendū ꝙ ille puer quē querebant
eos illic bñ ꝑducē poterat. ⁊ forte di
cat̄ Licet ab oriēte venerūt: nō tñ de
lōginq̄s ꝑtib⁹. Sed ab oriēte. i. ab il
la plaga mūdi q̄ est iudee ad orientē
Sed q̄ ignorabāt locum natiuitatis
xp̄i perrexerūt ad potētiorē ciuitatez
ihrl̄m. scz iudee. vbi eāt sedes regni
putātes ꝙ tā gloriosus nō nisi ī glori
osa ciuitate nasci debēt. Cū ergo ve
nissent iherosolimā: interrogauerūt
dicētes. Vbi ē qui nat⁹ est rex iude
orū. Vidim⁹ em̄ stellā eius in oriēte
et venim⁹ adorare eū. Audiēs autē
rex herodes turbat⁹ est. Timuit em̄
ne aliq̄s de regio genere nat⁹ esset.
qui eijceret eū de regno. Ipse em̄ nō
fuit de regio genē sed alienigena Et
oīs iherosolima turbata est cū eo. i. si
mulauerūt turbationē ꝓpter fauorē
herodis. potius em̄ gauderēt ꝙ de ge
nere eoꝝ rex nasceret̄ Et cōgregās
herodes oēs scribas sciscitabatur ab
eis vbi xp̄us nasceret̄. ⁊ vbi ꝓphete
xp̄m nasciturū p̄dixissent. At illi dix
erūt. In bethleē iuda. Sic em̄ scrip
tū est ꝑ ꝓphetā Micheā sexto capi.
Et tu bethleē terra Juda. nequaq̄
minima es in p̄ncipibus iuda. Ex te
em̄ exiet dux q̄ regat populū meum
isrl̄. Tunc herodes clam vocatis ma
gis diligēter didicit ab eis tēp⁹ stel
le q̄ apparuit eis. Et mittēs illos ire
in bethleē dixit. Ite interrogate de
puero diligēter: ⁊ cū inueneritis eū
renūciate mihi: vt ⁊ ego veniēs ado
rem eū. Hoc nō intēdebat: sed vole
bat eū occidē. Qui cū audissent He
rodē abierūt. Et ecce stella quā vide
rāt in oriēte ātecedebat eos vsq̄ dū
veniēs staret supra diuersorium vbi
iacebat puer. Vidētes aūt stellā ga
uisi sunt gaudio magno valde. Et in
trātes domū. i. diuersoriū. īuenerūt

puerū cū Maria matre ei⁹ Vñ Crisostomus Nō dyademate coronatū ⁊ c̄. vt āte habitū est. Et ꝓcidētes adorauerūt eū. Viderūt em̄ hoīem ⁊ adorauerūt deū. Et apertis thesauris suis obtulerūt ei munera: aurꝝ. thus. ⁊ mirrā. Caldei em̄ huiōi munera offerre cōsueuerūt. Vñ Ber. Aurꝝ obtulerunt virgini ꝓpter inopie subleuationē. Thus cōtra stabuli fetorē. Mirram propt̄ pueri ꝯsolationē: vel forte pro misterio factū est. Aurū inquā obtulerūt ad tributū. Thus ad sacrificiū Mirra ad sepulturam mortuoꝝ ꝑtinet. In auro vt ostēdat̄ regis potentia. In thure sacdotiū. In mirra ei⁹ sepultura. Et respōso accepto ī somnis ne r̄dirēt ad herodē ꝑ aliā viā reuisi sūt ī r̄gionē suā. ignorāte herode.

Ali⁹ de euāgelio. Sermo. xxviij

Vbi ē qui natus ē rex iudeorū. Mat. ij. Verba sunt magoruz. Rex ille quem magi querūt rex ē celi ⁊ terre ⁊ oīm que ī eis sūt. Iste habet testimoniū in natiuitate sua ꝙ rex erat sicut hic ptz. et etiā in morte sua quādo Pylatus scripsit sup crucē. Ihesus nazaren⁹ rex iudeoꝝ In isto rege notant̄ tria Primū ꝙ potens est. ⁊ ideo metuendus. Secūdum ꝙ iust⁹. ⁊ ideo honorādus Tertiū ꝙ est liberalis. ⁊ ido diligend⁹. Ista tria decet habere regē. scz potentiā. iusticiā. ⁊ liberalitatē. Rex ille potēs est ꝑm diuinitatez suā. ⁊ ideo metuēdus est. Ihere. x. Quis nō timebit te o rex gentium. q̄ si diceret. Totus mundus merito debet te timē. quia tu es rex oīm celestium terrestriū ⁊ infernoꝝ. Potentia hui⁹ regis ptz in lucifero qui se ei opposuit quē ipse cum oīb⁹ suis in infernū proiecit. de quo nunq̄ imperpetuū liberabūtur. Sic proiciētur qui se ei opponūt. si eī angelis nō pepcit nec nob̄ parcit. Istā potentiā hui⁹ regis debem⁹ frequēter añ oculos hr̄e et humiliare nos corā eo. ꝑma Pe. quinto. Humiliamini sub potēti manu dei. Secūdo rex iste iustus ē ⁊ district⁹ in iudicādo. Vñ Psal. Iust⁹ es dñe ⁊ rectū iudiciū tuū. Et ideo debemus eum honorare. scz preceptis eius obediēdo Magna enim reuerētia est regi ꝙ subditi ei⁹ mādata seruāt ⁊ magna irreuerētia qñ mandata ei⁹ contēnūt. Adeo district⁹ ⁊ iustus ē iste rex ꝙ trāsgressores mādatoꝝ suorum nō permittit impunitos aut hic aut in futuro. Istud patet ꝑ exēpla in illis qui decē precepta trāsgrediunt̄. Primū preceptū siue mādatum est. Non adorabis deos alienos. Contra hoc peccauerūt filij isrl̄ qui vituluz adorauerūt. ꝓpter quod de ipsis per manum moysi dnminus xxiij. milia interfecit. Exo. xxxij. Itez adorauerūt Beelphegor ydolū madian itaq̄ occidit de eis xxiiij. milia Numeri. xxv. Itē ꝯtra hoc peccauit Otosias quādo misit ad eū Accaron vt cōsulēt eū de īfirmitate sua quando iacuit ī lecto sup quē ascēderat. nō descēdit ꝫ mortu⁹ ē. iiij. Reg. i. Nota hystorias. Sic adhuc peccant oēs illi q̄ in īfirmitatibus suis ꝯsulūt antiquas vetulas ⁊ alias trufas. Talib⁹ sepe ꝯtingit sicut cōtigit Ocosye qr nō posuit spē suā in deū: ido ꝑmisit eū mori. Secundū preceptum est. Nō assumes nomē dei tui in vanum id est nō blasphemes nomē dei tui. Cōtra hoc peccauit. Sēnacherib rex sirie. q̄ blasphemauit nomē di sui dicēs. ꝙ de⁹ nō possz liberare filios isrl̄ de manu sua. ꝓpt̄ qd̄ occidit dñs de ꝓplo suo vna nocte centū octuagīta quinq̄ milia viroꝝ: ⁊ sibi pepcit ad temp⁹ vt ageret penitētiaz si vellet. sed cum nō emendaret se: sed adoraret in templo dei sui borasch. filij sui serasar ⁊ adramalech int̄fecerūt eū



Nota historiā: iiij. Regū. xix. Exemplū. In bonomie ptib⁹ duo socij ⁊ cōpatres ī cōuiuio discūbebāt q̄b⁹ oblatus gallus quē vnus illoꝝ accepto cultello vt moris ē diuisit in frustra et piger cum liquore vini supfudit. Quo facto alter ait: ꝓfecto cōpater sic cōplicuisti gallū hūc vt etiā scūs petrus si vellet reintegrare neq̄ret. Cui mox ⁊ subito retulit alt̄ ⁊ si etiam xp̄s imperaēt īppetuū nō r̄surgeret. Ad hāc vocem gallus viu⁹ ⁊ plumis cooptus resilijt alas pcussit ⁊ cātauit: totūq̄ liquorē pipis sup illos dispersit. ⁊ statim illi blasphemi lep̄ percussi sūt q̄ plaga posteris eoꝝ īhesit. Quidā etiā miles duxit in cōsuetudinē iurare p oculos dei. Quadaꝫ die dū in ludo scacoꝝ sic iuraret. cōtinuo ambo oculi eius ceciderūt ei de capite sup asserē ⁊ cecus pmāsit Tertiū preceptū est. Sabbata sāctifices Cōtra hoc peccauit Salphaach q̄ collegit ligna in sabbato. ꝓpter qd̄ p̄cepit eū dn̄s lapidari. Nume. xv. Nota historiā. Legit̄ ꝙ quidā rusticus preuignū arare coegit ī festo btē marie Magdalene: ⁊ cū hoc inuit⁹ puer facēt: ecce fulmē statim de celo cecidit et boues extinxit: ⁊ illū qui hoc mandaueāt incepit cremare: tandē fugit ad ecclesiā beate marie Magdalene veniā petēs: ⁊ sanatus ē. Quartum est. Honora p̄rem ⁊ matrē. Contra hoc peccauit Cham q̄ derisit patrē suum: ꝓpter qd̄ maledictionē incurrit ipse ⁊ posteritas ei⁹. Itē Absalon q̄ inhonorauit patrez suū: ꝓpter qd̄ perijt in aīa. ij. Regū. xviij. Exemplū. Puella q̄dā cōsueuerat matrē suam sepe turbare ⁊ noluit eū placare Cūq̄ in extremis cōfiteret̄: cōsulit ei sacerdos vt veniā a matre postularet qd̄ illa rēnuit: ⁊ nocte mortua ē. Nocte illa cū essꝫ sacerdos in ecclesia in orationib⁹ suis: audiuit vocē miserabilit̄ clamantem. O voy o voe heu ꝙ nata sū in mūdo. tūc adiurauit eam sacerdos ꝙ dicēt sibi quid esset. Respōdit. Ego sum aīa illius virgīs: ⁊ q̄ matrē meā sepe turbaui ⁊ plagaui eternaliter sū damnata. Quintū preceptū est. Nō occidas. Cōtra hoc peccauit Cayn q̄ fratrez suū occidit et et̄naliter ē maledict⁹. Gene. iiij. Itē Achab ⁊ Iesahel q̄ ꝓpter vineā interfecerūt Naboth. ⁊ sanguis eoꝝ miserabilit̄ in eodē loco ē fusus. Nota hystoriā tercij Regū. xxi. Sextū est Nō mechaberis. Propt̄ hoc dn̄s fere totū mūdum deleuerat p diluuium p̄ter octo aīas q̄ in archa sūt saluate. Gene. vij. Itē q̄nq̄ ciuitates Sodomoꝝ. Sodoma. Gomorra Sebais. Sela. Segor perierūt. Gene. xix. Exemplū. Iuuenis q̄dā luxuriosus volebat quadā nocte ire ad cōcubinā suam. ⁊ cū veniret ad quendaꝫ pontē inuenit eū fractū: ⁊ statim affuit vn⁹ in equo mgro dicēs. Ascēde post me sup equū ⁊ ego traducāte. Cum ipse ascēdisset precipitauit eū ad aquā ⁊ sb̄mersit. erat aūt diabol⁹. Septimū preceptū siue mādatum ē. Nō facies furtum. Cōtra hoc peccauit Achor. q̄ furat⁹ est pallium coccinū ⁊ regulā aureā. Cum autez caperet̄ Ihericho: precepit eum dn̄s lapidari. Nota hystoriā Iosue septīo Octauū est. Non falsū testimoniū facies. Cōtra hoc hoc peccauerūt duo sacerdotes q̄ accusabāt susannā ꝓpt̄ qd̄ occisi sūt. Nota hystoriā Daniel. xiij. Nonū est. Nō cōcupiscis vxorez proximi tui. Cōtra hoc peccauit Abimelech. q̄ abstulit abrahe vxorē suā propt̄ qd̄ plagauit euꝫ dn̄s ⁊ domū eius. Cōcluserat em̄ dn̄s oēm vuluā abimelech. Nota hystoriā Gen̄. xx. Decimū ē. Nō desideābis res alienas et omnē rem immobilem: id est omne qd̄ ē ꝓximi tui. Cōtra hoc pecca

uit heliodor⁹ · qui voluit spoliare tē plum in ihēruſalem ⁊ auferre q̄ ſua non erāt ꝓpter quod plagauit eum dom̄⁹ Venit em̄ quidam iuuenis armis aureis armat⁹ · ſedēs in equo terribili valde ⁊ equ⁹ priores calces cum impetu eliſit heliodoro ⁊ pieat eum ad terrā · ⁊ appropinquauerūt alij duo iuuenes decori valde · qui flagellauerūt eum multis plagis ⁊ mortuū reliquerūt · Orante autem ōmi ſummo pontifice reuixit · Nota hyſtoriam · ij · Macha · iij · Ecce q̄ iuſtus ⁊ diſcret⁹ eſt iſte iudex: ergo debem⁹ eū adorare ⁊ p̄cepta ei⁹ ſuare · Terno rex iſte ē liberalis: iō debem⁹ eū diligē · Certe magn̄ liberalitas eſſz q̄ rex daret paupi decē talēta argēti: ſi rex ille vult dare hoī petenti decē milia talētor̄ Hoc ꝓmittit Mat · xviij · dicēs · Simile ē reg · cc. i. filio⁹ dei Ihesus xp̄s hoī regi q̄ vult rationē ponē cū ſeruis ſuis · ⁊ oblat⁹ eſt ei vnus q̄ debebat ei decē milia talēton · cū aut̄ non hēret vñ redd̄et: iuſſit eū venūdari vxorē ⁊ filios ⁊ oīa q̄ habebat et reddere ſibi · Procidēs aūt ſerv⁹ ille dixit · patiētiam habe in me ⁊ oīa reddā tibi · Miſert⁹ aūt dñs ſeruī illius dimiſit illū ⁊ oē debitū dimiſit illi Rex ille ē Ihs xp̄s · Apo · xix · Rex regū ⁊ dñs dominātiū q̄ vult rōnez ponere cū ſeruis ſuis de oīb⁹ q̄ fecim⁹ · ſcz · cogitatōe · locutione · opatiōe · omiſſione · Per decē milia talēta q̄ dimiſit ſuo petēti ſignificant decē p̄ceptor̄ trāſgreſſores q̄ oīa vult nob̄ dimittē ſi vemā postulauerim⁹ · Bern̄ Excedit pietas Ihu oīm crimin̄ noſtror̄ · q̄litatē · q̄ntitatē · ⁊ imēſitatē Ecce q̄ liberalis eſt iſte · idcco dēm⁹ eū diligē · ⁊ ſi dilexerim⁹ eum pfecta caritate oīa pcā noſtra dimittit Vñ prima Petri · iij · Caritas operit multitudinem peccator̄ quantacūq̄ eram fuerint ·

Dominica infra octauas Epiphie

Sermo · xxxi ·

Probetis q̄ ſit volūtas dei bō bñplacēs ⁊ pfectā · Ad Rom · xij In vobis ꝓpoſitis faat Apl's duo · Prīo hortat nos ad faciēdū dei volūtatē · Scdo oñt volūtat dei q̄litatē · Primū ibi Probetis q̄ ſit volūtas dei vt ſciatis eā adimplē · Scdm ibi · bona bñplacēs ⁊ pfectā Bona ē q̄ debet declinare malū · bñplacēs ē q̄ debet facē bonū · pfecta q̄ ducat ad regnū celor̄ · Faciēdū aūt q̄ volūtas dei eſt multiplex Prima volūtas dei eſt vt mūdemur a pcīs nr̄is · i. Theſſal · iij · Hec ē volūtas dei ſcificatio vēſtra · id ē mūdatio · Iſtd figuratū ē Mat · viij · vbi dr q̄ q̄dā leproſus venit ad Ihm dicēs · Dñe ſi vis potes me mūdare · ⁊ ſtatim rñdit: volo mūdare · id ē ſis mūd⁹ Per leproſū ſignificat pctōr q̄ imūd⁹ ē in oſpectū dei magis q̄ aliq̄s leproſus in oſpectū hoīm Dic ſi vult mūdari dz venire ad ihm p cordis dēvōnē dicēs cū Ps · A pec · me · mū · me do · ⁊ volūtas dei pata ē dicens: volo mūdare · i. ſis mūdus · i. dimitto tibi ⁊ lauo te ab omni delicto tuo · Ezech · xviij · Nolo morte peccatoris: ſed volo magis vt cōuertatur per mūdiciam ⁊ viuat eternaliter · tātum placet deo mūdicia q̄ nō vult habitare niſi in mundo corde · Vnde Bernard⁹ · Balſamus ⁊ gratia dei vas purum requirit · Vnde Apoſtolus · i. Theſſal · iij · Sciat vnuſquiſq̄ vas ſuū poſſidere in mūdicia · vas · i. corp⁹ · Deutro · xxiij · Sint caſtra tua mūda · ⁊ nihil appareat in eis fedi tatis ne derelinquā te · Item tm̄ placet deo mūdicia q̄ dñs mūdum hominē amicum ſuū appellat · Prouerbior̄ · xij Qui diligit cordis mūdicia amicū habet regē ſcz xp̄m · Item tm̄ placet deo mūdicia q̄ ſolum mūdi deum vidēbit · Mat · v · Beati mūdo corde

q m̄ ipsi deū videbunt. vñ Jhere. xij.
Seq̄mini sanctimoniā. i. mūdiciā sine
q̄ deū nemo videbit debem⁹ aūt mū
diciā acq̄rere duob⁹ modis. scz p v̄
bi dei auditionē ⁊ p purā ɔfessionem
De p̄mo scz v̄bo dei d̄r Joh. xiiij. Jā
vos mūdi estis ꝓpter sermonē quez
audistis Sepe em̄ contingit q̄ pctōr
audit vnū verbū in sermone de quo
capit tantā ɔtritionē q̄ si habēt mil
le pctā mōrlia dñs dimittēt sibi oīa.
Exemplū. Paul⁹ hēmita vidit homi
nes intrātes ecclesiā int̄ quos vidit
vnū nigr̄ ⁊ tenebrosū vt carbonē ⁊
duo demones ducebant eū catenatū
gaudētes ⁊ saltātes. ⁊ āgeli seq̄ban
tur tristes ⁊ flētes. Cūq̄ verteret se
ad orationē ⁊ ad fletū ꝓ eo q̄ vide
rat eū sic catenatū. surgēs autez ab
orōne vidit eū clar̄ ⁊ pulchr̄ ⁊ solu
tū. ⁊ āgelos circa eū letātes ⁊ demo
nes remotos cōfusos ⁊ flentes. ⁊ re
uelatum est ei ab āgelo q̄ ille pctōr
audito v̄bo dei cōtrit⁹ in ecclesia mū
dat⁹ erat ab oī pctō. Secūdo mūda
mur p ɔfessionē. Vñ Her. ad q̄ndā
virginē. Ama mūdiciā ob quā ama
ris. Ama ɔfessionē p quā mūdaris
Reuera vbi frequēs cōfessio ibi pul
chritudo. Istud figuratū est in decē
leprosis: q̄b⁹ dixit dñs. Ite ostēdite
vos sacerdotib⁹ ⁊ factū est dū irent
mūdati sūt. Tanta ē virt⁹ ɔfessiōis
qñ homo cōcipit ꝓpositū cōfitēdi pri
us q̄ veniat ad sacerdotē mūdatur ⁊
absoluit̄ ab oī pctō. Ita vt si in tali
ꝓposito morētur omnino saluaretur
Quid aūt ɔfessio mūdat: patet p qd̄
dam Exēplum. Quidā sanct⁹ ep̄s
stetit ⁊ vidit multos hoīes intrātes
ecclesiā int̄ quos quidā habebāt sā
guinolētas facies q̄dā nigras: q̄daz
splēdidas. Deinde vidit duas mere
trices intrātes habētes nigerrimas
facies ⁊ sanguine mixtas toto corpo
re difformes. Post modicū tempus
vidit illas reuertētes sicut solez splē
didas ⁊ rogauit dominū vt digna
retur sibi visionem illam reuelare:
et ecce apparuit ei angelus dicens.
Iste due mulieres multis ānis mere
trices publice fuerūt ⁊ intrantes ec
clesiam confesse sunt: ⁊ mūdate ab
omnib⁹ peccatis. Qui sanguinolen
tas facies habebāt isti sūt detracto
res vaniloquia ⁊ risus amātes ⁊ va
nitates seculi. Qui autem nigras fa
cies habent isti sunt falsarij tradito
res ⁊ vsurarij. Et recedēte angelo in
trauit episcop⁹ ⁊ retulit ꝓpl̄o. Ista
monēt nos: q̄ omnes confiteri debe
m⁹: ⁊ cum confessi fuurim⁹ omnium
nostrum facies mūdate sunt. Debe
mus ergo libenter cōfiteri ⁊ audire
verbum dei vt mūdemur a peccatis
nostris quia hec est volūtas dei. Se
cunda volūtas dei est: vt simus mise
ricordes. Mathei. xi. Misericordiaz
volo ⁊ non sacrificium: id est pl⁹ vo
lo misericordiam q̄ aliquod sacrifici
um sine misericordia. Prouerb. xxi.
facere misericordiam pl⁹ placet deo
q̄ victime. Debem⁹ autem in trib⁹
esse misericordes: in elemosinarum
largitiōe. in proximorū cōpassione.
in iniuriarum dimissione. De primo
Zacha. vij. Misericordiā ⁊ miserati
ones facite vnusquisq̄ cum proximo
suo. Prouerb. xx. qui obturat aurez
suam ad clamorez pauperis: ipse cla
mabit ⁊ nō exaudietur. Exemplum
de diuite epulone. Luce. xvi. Greg.
Qui micam panis lazaro non dedit
in mūdo: misericordiā quesiuit in in
ferno: nec obtiuuit. De secundo scili
cet cordis cōpassione dicitur in Job:
qui oīa sua ꝑdiderat ⁊ nō habebat
vnde pauperi subueniret: habebat
cōpassionem secū ⁊ flebat. Job xxx.
Flebam quondam super eum qui af
flict⁹ erat: ⁊ compatiebat̄ ei anima
mea. De quo cōmendauit domin⁹.

Job. ij. dicēs. Nunq̄d ꝯsiderasti ꝯuū meū Job. ꝙ nō sit similis ei in terra Grego. Plus ē ꝯpassio q̄ꝫ donū datū nunq̄ꝫ vere cōpatiē. qui qd̄ necessarium ꝯspexerit ꝓximo negat: q̄ em̄ de corde ꝯpatiē pauperi de seipso dat ⁊ nō de suis bonis. Vñ Grego. Qui exteriora largiē rem extra seipsū p̄bet Qui aūt fletū aut cōpassionez tribuit ꝓximo suo aliq̄d de seipso dat. De tercio: scz d̄ iniuriaꝝ dimissione dicit̄ Lu. vi. Dimittite ⁊ dimittemi. Ecci. xxviij. Relinque ꝓxio nocēti te ⁊ deprecāti tibi pctā soluētur. Vñ Aug⁹ Multa sūt genera elemosinaꝝ: que cū facim⁹ iuuāt vt pctā nobis dimittant̄: sed int̄ ea nihil eo maius q̄ꝫ cū ex corde dimittim⁹ qd̄ in nos quisq̄ peccauit. Quare nō dimittat q̄s fratri suo parū vt ei dimittat dñs totū quantū aūt displicet deo nō dimittere patet in seruo nequā Mat. xviij. quantū vero placet dimittere. ptz ī quodā exēplo. Duo milites erāt fratres carnales quoꝝ vnus lusit cū seruo suo in scacario ⁊ iactabāt inuicez verba iocosa vt moris ē: tandē seru⁹ amisso ludo ex ira cū dño suo ꝯtēdē cepit ⁊ eū interfecit: clamq̄ recessit Tādē penitētia duct⁹ papā adijt scelus illud cōfitebat̄ cui cū papa pm̄az iniunxisset āmonuit eū vt si fieri posset ꝙ frēm occisi placaret. Abijt ille et iniunctā penitētiā ꝓ posse pegit. Post longū temp⁹ venit ad locū istū vbi frater occisi morabat̄ ⁊ a nemie est agnitus. In die aūt pasceues accedēs ad eum: ꝓcidēs añ pedes ei⁹ dicens. Ego sū seru⁹ ille q̄ fratrē tuū occidit: parce mihi ꝓpter illū qui hodie ꝓ nobis ē occisus Cūq̄ serui vellent eū occidē. ipse miles eleuās seruū de terra osculabat̄ eū ⁊ delictū sibi dimisit. Cūq̄ miles ille ecclesiā intraret. ⁊ crucifixū sicut moris est illa die adorare vellet. Crux illi assurrexit ⁊ accedēs blande āplexabat̄ ⁊ osculabat̄ eū dicēs. q̄ hodie ꝓpter me. illi qui ī te deliq̄rat dimisisti. ego dimitto tibi. q̄cq̄d ī me vnq̄ꝫ deliq̄sti ⁊ vitā eternā dabo tibi. Rogem⁹ dñm ⁊ c̄

Textualis expositio

Cum ihs esset annoꝝ duodecim ascendētib⁹ parētib⁹ ei⁹ scz Maria ⁊ ioseph patre putatiuo in Jherusalē ꝯm cōsuetudinē diei festi scz Pasche. Ter in āno consueuerūt oēs in iherusalē venire scz in Pascha. Penthecosten. ⁊ Scenophegia qd̄ est loifrote Consūmatisq̄ dieb⁹ septē quibus percelebrat̄ istd̄ festū: cum redirent Maria ⁊ Joseph remansit puer Jhesus in iherusalē nō propter negligētiam sed ꝑ diuinam prouidētiam. ⁊ non cognouerūt parentes eius. id ē non aduerterūt. ꝙ manēt. Cōsuetudo ei fuit sicut dicit Bada: ꝙ cum iudei ibant ī Jherusalem ad festa: ibāt em̄ viri in vna turba ⁊ femine in alia ⁊ pueri ī vtrobiq̄ ire poterāt. ⁊ ita similiter domi separati redibāt Putabat aūt Maria ꝙ ihs esset ī turba viroꝝ ⁊ Joseph ecōuerso putabat ꝙ essz ī turba mulierū Vnde seq̄tur. Estimātes eū esse incomitatu. i. in turba. venerūt iter vni⁹ diei. de iherusalē: scz eodez die quo egressi sūt de iherusalē ⁊ querebāt eū scz secūda die int̄ ꝯgnatos ⁊ natos. i. vicinos: ⁊ nō inuenientes eum. reuersi sūt in Jherusalē scz tercia die req̄rētes eū. ⁊ factū ē post triduū inuenerūt eum in templo. Ecce deuotio que valet ad sapiētiam sedētem. Ecce humilitas. q̄ꝛ vbi humilitas ibi sapientia Vnde in medio. In medio etenim attētio. Ideo sedebat in medio vt melius audiret ⁊ intelligēt. Nō ꝙ doctrina īdigēt sed ꝙ nobis bonū exemplū docēdi ⁊ aduertēdi daret. doctoꝝ ēgo discretio Ecc. vi. In medio doctoꝝ sta ⁊ sapiētiaz

eoꝝ ex corde cōiunge. vt dēm narra
tionē dei posses audire ⁊ inṫrogare.
Ecce discipline rectus ordo: ꝑmo au
dire: deinde ex auditis discutē ⁊ inṫ
rogare. Eccles. xxij. Audi tacēs ⁊ ꝑ
reuerentia accedet tibi bona g̃tia. stu
pebāt aūt oēs qui eū audiebāt: sup
prudētia. inṫrogādo ⁊ opponēdo. re
spondēdo ⁊ soluēdo. Johānes. nun
q̃ sicut locut⁹ est hō: ⁊ videntes sic ā
mirati sūt. Et dixit mater ad illū. Fi
li q̃d fecisti nob̄ sic vt remaneres no
bis ignorātib⁹. Ecce alloq̃tur dulciṫ
et dixit sibi: vt patet ꝙ nō fuit īcre
patio de eius absentia. Dic ergo o fili
mi dilecte q̃d. i. ꝓpter q̃d. Sciebat eī
ꝙ ihesus nō sine causa remāsit. quasi
dicēt: nos nō fecim⁹: ꝙ nō fuit nr̄ā
negligētia: sed tua volūtas ⁊ ꝓuidē
tia. Ecce ego ⁊ pater tuus. s. ioseph
pater putatiu⁹ dolētes q̃rebamus te
. i. cū magno dolore: ī quo īstruimur
ꝙ nos q̃ peccādo deū amisimus eū cū
dolore cordis querē debem⁹ non cū
gaudio. vñ Ber. Quō te mueniā o
bone ihesu quē mater tua vix dolēs
inuenit. ⁊ ait ad illos Jhesus. q̃d est
ꝙ me q̃rebatis: scz inṫ cognatos ex
parte mee matris cū poti⁹ deberetis
me querē in domo p̄ris mei. i. in tem
plo nec ē increpatio. vñ Beda. non
ꝙ eū quasi filiū querūt: sed q̃s ergo
verus p̄r sit insinuat. Vñ sequiṫ. Ne
sciebatis: ꝙ in his q̃ patris mei sunt
scz dei. ꝙ nō habeo aliū patrē: opor
tet me esse. fili⁹ em̄ sum in ptāte pa
tris mei: sic ītelligendū est de his lo
cis ⁊ in tēplo ⁊ in opib⁹. In hoc do
